



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 70. Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII vigesima septima Aprilis declaravit,  
A.C. 1672. editaque Constitutione concessit, ut in  
 omnibus Ecclesiis tam sacerdotalibus quam  
 Regularibus utriusque sexus de eodem  
 Beato officium recitari, & Misa &  
 Confessore ac Pontifice die quinta Maii  
 celebrari valeat. Cum autem Paulus  
 Oliva Societatis Præpositus Generalis  
 Clementem X. Pontificem promove-  
 dis Sanctorum honoribus intentum,  
 propensumque cerneret, ipse etiam  
 eundem supplex adiit, quatenus non  
 nullos Socios in Hungaria trucidatos  
 tanquam Martyres agnosceret: verum  
 Pontifex ira commotior, eidem respon-  
 dit, illos nequaquam ex odio fidei, sed  
 ob profanas causas fuisse imperfectos.

### §. LXX.

#### *Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.*

Bull. t. c.

Præter hanc Constitutionem idem  
 summus Pontifex hoc anno plura  
 alia edidit decreta, ac primo quidem  
 die secunda Januarii omnes Indulgen-  
 tias Sodalibus Confraternitatis B.V.M.  
 de monte Carmelo a Paulo V. conces-  
 sas ad preces Matthæi Orlandi ejusdem  
 Ordinis Præpositi Generalis confirma-  
 vit, extenditque ad animas Purgatori.  
 per modum suffragii. Exorta autem

con-

controversia inter civitatis Placentinæ Sæc. XVII.  
Parochos, & Monachos Cassinenses Ord. A. C. 1672.

S. Benedicti declaravit Pontifex die  
decima octava Januarii, quod Parochis  
non liceat cum cadavere ingredi Regu-  
larium Ecclesias, sed teneantur dimit-  
tere cadavera ante januam Ecclesia-  
rum, adeo, ut cetera exequiarum mu-  
nia per Regulares expediantur, de ce-  
tero autem Parochi cujuscunque Diæ-  
cessis majorem eleemosynam petere non  
possint ab hæredibus eorum, qui se-  
peliri voluerunt in Ecclesiis Regularium,  
quam si in eorum Ecclesia Parochiali  
sepulti fuissent, nec etiam funeralium  
functiones ad Parochos, sed ad ipsos  
Regulares in eorum Ecclesiis spectent.  
Die autem decima quarta Maij Car-  
melitis Pontifex indulgentiam concessit  
pro ejusdem Ordinis Ecclesiis in festo  
Commemorationis solemnis, S. Andreæ  
Corsini Episcopi, S. Angeli Martyris,  
& S. Alberti Confessoris ex eodem Or-  
dine. Hanc gratiam idem Pontifex  
die decima tertia Julii ad Carmelitas  
Excalceatos extendit. Denique die  
quinta Novembris indixit jubilæum uni-  
versale ad implorandam Dei opem con-  
tra Turcas, qui Poloniæ Regnum de-  
vastarunt, expugnataque Caminecia  
plures arces, oppida, urbes & Provin-  
cias suæ Tyrannidi subjecerunt, & po-  
pulis

**Sæc. XVII** pulis in miserrimam captivitatem, ser.  
A.C. 1672 vitutemque abstractis Mahumetana  
perfidiae abominationem vi, terrore,  
dolo, variisque artibus implantare  
nati sunt. Præterea die quinta De  
cembris anathemate, aliisque poenis  
irrestitos declarabat illos, qui Romæ  
Jacobum Patriarcham Antiochenum  
cum rheda sua domum reverteretur,  
circa primam noctis horam die trigesima  
Novembris pluribus globorum iüs  
bus gravissime vulnerarunt.

## §. LXXI.

*Variæ SS. Congregationum Deci-  
siones.*

**Decr. S.** Ex pluribus SS. Congregationum de  
**Congr. Imm.** cretis hoc anno emanatis pauca ad-  
**Rit. &c.** ducemus, & primo quidem S. Immunitatis Congregatio die vigesima prima  
Junii declaravit, quod absoluti ex causa  
violatæ immunitatis Ecclesiastice in  
Bullæ Cruciatæ, non censeantur nisi  
absoluti, Sacra autem Rituum Con-  
gregatio die tertia Septembris decidi-  
quod si Festum septem Dolorum B. V.  
occurrat in aliud festum altioris Ritus  
transferatur in Sabbatum sequens, i-  
vero concurrat cum festo Annuntia-  
onis B. V. vesperæ dicantur de An-  
nunciatione sine commemoratione de  
septem